

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Eqvitivs C. 7. Martii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

S. EQVITIVS C. 7. Martii.

Quod paucis datū est, castitatis donum EQVITIVS Angelorū beneficio consecutus est, qui omnē libidinis fomitem auferre à dormiente sunt vīsi. Qui nosse cupit, quī sibi Angelos tam demeruerit, noverit precibus id fecisse castis, quas si in carnis luctā cū EQVITIO plures funderent, plures etiam hostem funderent. Cæterū rude donatus miles noster, nihilominis pro castitate sedulus vigilavit. Quare cū Basiliū Magū recipere inter monachos cogeretur, palam edixit dæmonem sub monachi larvā latere, quā illi tunc detraxit, cū virgo ē velatis febri correpta unius Basiliī opem inclamavit. Rectius enim EQVITIVS hanc curavit, Basilio medico extra septa monasterii ejecto. Alterum dæmonē ex alterā virgine proscriptis. Sed ille bellè se purgavit, cū otiosum lactucæ infedisse, & gulosæ dentibus ultro petitū se & devoratum dixit, utique levi manu, quæ crucem duceret, abigendum. Porro alterum donum ab Angelo tunc tulit, cū linguam ejus hic ferro tetigit, ut jam, et si vellet, tacere de Deo non posset. Quod tamen sui contemptū in moribus etiam & vestibus præ se ferret, obsistere dicenti ad populum Pont. per nuntium cogitabat. Sed uterque aliter

mo-

R.T.
do-
ne-
inis
vifi-
am
isſe
VI-
ām
do-
pro
ūm
na-
em
inc
or-
it,
ra-
a-
erā
ur-
&
le-
ua-
al-
, ut
of-
o-
et,
per
ter
o-
S.M.A.R.T. *Vite Sanctorum.* 141
monitus à cælo , cœptis destitit. Mortuus deinde EQVITIVS tamen suos à Langobardorū vi defendit. Cùm enim hi trucidādos monachos à tumulo Divi abstraherent , hostibus hic alios hostes dæmones malos immisit. Ab his insessū Langobardi obsidionem scilicet cœnobii solverunt. Ex Dial. S.Greg.l.1.c.4.

S.PHILEMON M. 8.Martii.

Dedit hodie cœlo risum PHILEMON , cùm terris tantum pararet, nimis doctus mimus. Apollonius Christianus sacrificare Diis jussus , cùm & scelus facere, &, n̄i faceret, pœnas dare metueret , auro PHILEMONEM corrumpit,jubetq; ut APOLLONIVM interim induat, dum sacrificet. Ille dum APOLLONIVM veste , vultu gestuque mentitus omnium oculos, &, quod mirere, suos adeò fallit, repente advertit non vestem modò, sed animum etiam Christianū se induisse.Crucis signo(ipse se miratus) armat. Negat dæmonibus litaturum.Deniq; jam non agere Christianum, sed esse talis videtur. Nempe furere Apollonium exclamat Præses Arrianus , jubet tibicinē PHILEMONEM adesse, qui mulceret insanientē. Mox re omni intellectā cachinnū tollit, acclamat, plaudit, bellissimam fabulam multis laudat, nimisque bene simulasse PHILEMONEM Christianam religiōnem